



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

De peccatis contra Virtutes Theologicas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

*De peccatis contra Virtutes Theo-  
logicas.*

22 **C**ontra fidem est Hæresis, Iudaismus, & Paganismus. Hæresis est, cum quis, qui profiteatur se esse Christianum; negat aliquid, vel aliquas veritates Fidei pertinaciter: scilicet sciens esse contra id, quod tenet Ecclesia Romana. Iudaismus est, cum negatur nolum Euangeliū, & admittitur vetus testamentum. Paganismus est, cum tota Fides negatur. Apostasia i Fide coincidit cum his: si enim est totalis; dicitur Paganismus: si partialis; vel est Hæresis, vel Iudaismus. Probabile autem est omnia peccata infidelitatis esse eiusdem speciei, & differre solum secundum magis, & minus. Potest etiam peccari contra Fidem per omissionem: cum scilicet, vrgente præcepto de credendo, aliquis non eliciat actum Fidei: sed hoc peccatum non est hæresis, nec habet adnexam excommunicationem.

23 Contra Spem peccatur peccato desperationis, & præsumptionis. Primū est,

est, cùm quis desperat, se posse saluari,  
etiam cum auxilijs diuinis, aut desperat  
hæc auxilia. Secundum est, cùm quis  
præsumit, se posse saluari, etiam sine sua  
cooperatione, aut gratia Dei.

24 Contra Charitatem specialiter  
peccatur per odium Dei, aut per omis-  
sionem actus amoris, quando vrget præ-  
ceptum. Omnia autem peccata mortalia  
sunt aliquo modo contra Charitatem:  
quarenus destruūt Dei amicitia. Aliqua  
specialiter, quæ sunt contra bonum pro-  
ximi : de quibus dicitur sparsim in alijs  
præceptis. De peccatis contra Virtutes  
Theologicas legi potest *Tolet. lib. 3. ini-*  
*tio Azor. tom. I. lib. 9. initio. Sanchez tom. I.*  
*lib. 2. cap. 5. 33. & 35. Filiunc. to. 2. træd. 22.*  
*& cap. 4.*

## DE SECUNDO Præcepto Decalogi.

*Non assumes nomen Domini in  
vanum.*

1 **P**rohibetur hoc præcepto omnis  
actio, qua irreligiose, & irreue-  
xentes,